



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 8. Canonibus etiam doctrinæ capita esse adjungenda propositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

**Sæc. XVI.** Postquam igitur Synodi Patres hof-  
A.C. 1551. ce Canones ita emendabant, rursus de  
Confessione Eucharistiae sumptioni præ-  
mittenda actum est, decretumque, ad-  
denda esse hæc verba: *quantumcumque*  
*etiam se contritos existimant habita copia Sacerdotis confessionem præmittant,*  
nec etiam vox publice expungeba-  
tur. Attamen in Conventu die nona  
Octobris celebrato Turritanus, seu Sa-  
fariensis (quod in idem recidit) Episco-  
pus censuit, Canoni hanc conditionem  
esse adjiciendam: *nisi ad sit ingens necessitas.* Præterea Stabiensis Episcopus has  
alias voces apponi voluit: *quando scandalum non vetat:* Alii vero alias conditio-  
nes addi peroptabant: Ast non nisi vox  
*Sacerdotis in nomen Confessarij est per-*  
mutata, prout Jacobus Naclantus E-  
piscopus Clodienfis proposuerat, eo quod  
non cuilibet Sacerdoti confessionis ex-  
cipiendæ potestas data esset, & quam-  
vis Bituntinus Antistes allegasset, a  
Constantiensi Concilio non vocem *Con-*  
*fessarij*, sed *Sacerdotis* adhiberi, nihil-  
minus Naclanti sententia rata habebatur.

## §. VIII.

*Canonibus etiam doctrinæ capita esse*  
*Sarpius hist. adjungenda propositum.*

*Conc. Trid.*  
*l. 4. p. 306.*

*Cum per Canones anathematis pœ-*  
*nam*

nam intentantes, duntaxat errores Sæcul. **XVL**,  
confutari viderentur, quin tamen **A. C. 1551.**  
ea, quæ credenda sunt, proponeren-  
tur, hinc nonnulli ita perorabant. *Belcar. hist.*  
*l. 12. c. 6. n. x.*  
„Priusquam ulterius proceditur, confi-  
„cienda sunt doctrinæ capita, nec in  
„priscis Conciliis alia ratio inita, sed  
„declarata primo sententia Catholica,  
„tum contraria damnata, atque id ip-  
„sum in articulo de justificatione Triden-  
„tinæ Synodo sub Paulo III. cessit feli-  
„citer, licet in sequenti de Sacramen-  
„tis Sessione Patribus ob graves, & ve-  
„hementes caussas consilium necessario  
„esset mutandum, sed nunc coeptum  
„potius urgendum solidis rationibus sub-  
„nixum, quam id, quod duræ necessita-  
„tis violentia postea immutatum fuit.

In opinionis hujus suffragium mox  
adfuere Theologorum quamplurimi,  
præcipue vero natione Itali: unde Pa-  
trum nonnulli nominabantur, qui fidei  
articulos proponerent, totamque fidei  
Doctrinam ad octo capita redigerent, in  
quibus agebant de præsentia reali, de  
Institutione, excellentia, & adoratio-  
ne Eucharistiæ, necnon de Transsub-  
stantiatione, ac dispositione ad hoc Sa-  
cramentum, tandem de usu Calicis in  
Laicorum communione, ac de pueris  
S. Synaxin recipientibus. Post hæc  
Patrum potissimi, ne maximi momen-  
*Hist. Eccles. Tom. XLI.* B ti

**Sæcul. XVI.** ti articulus prætermitteretur , admo-  
A.C. 1551. nebant ; explicandum enim censebant ,  
 quod *hujus Sacramenti Minister fit Sacer-*  
*dos legitime ordinatus* ; nam Lutherus ,  
 ejusque Sectatores persæpe docuerant ,  
 quod quilibet Christianus , imo & fæ-  
 minæ consecrandi potestatem habeant .

§. IX.  
***Actum de præsentia Christi Domini  
 in Eucharistia.***

**U**t ergo hæc doctrinæ capita confice-  
 rentur , quædam indicebantur Con-  
 gregationes , in quarum prima de reali  
 præsentia agendum proponebatur : ni-  
 hil tamen de modo , quo Christus Do-  
 minus in hoc Sacramento præsens exi-  
 stit , decidebatur , ne Dominicanos in-  
 ter & Franciscanos jurgia excitarentur ,  
 non enim una illorum est opinio ; quippe  
 Dominicani Corpus Christi Domini  
 in Eucharistia præsens esse docent via  
 productionis , eoquod Corpus Christi  
 Domini loco panis per eisdem substanciæ  
 reproductionem præsens fiat , quin  
 de cælis , ubi sedem suam quasi *natura-*  
*lem* habet , descendat , juxta quam doc-  
 trinam substantia panis mutatur in sub-  
 stantiam Corporis Christi , quod uno  
 nomine *transsubstantiatio* vocatur . Ex  
 adverso Franciscani transsubstantiatio-  
 nem